

iudex Pantaleo de Melpiniano

90

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Pantaleo de Melpiniano

90

1497-11-04

† Iesus Christus † † In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo nonagesimo septimo, indictione prima, mense Novembris, die quarto dicti mensis,... pontificatus... Alexandri divina providentia pape sexti anno quinto,... Milionici, Materane et Acherontine diocesis.

Nos donnus Pantaleon de Milpingnano de Milionico, auctoritate apostolica puplicus notarius et scribe ubilibet, donnus Thomasius Maczonus, dominus Gulielmus de Gurrizio, Manfredus de Aversano et magister Petruczius de Perro de Milionico, testes... notum facimus... quod... constitutis... Constantia de Matera, uxor Donati de Matera, alias nominati et cognominati lo galante, que Constantia, cum auctoritate ipsius Donati sui viri et legitimi mundualdi,... et... donnus Agostinus Martini de sancto Clerico, de dicta civitate,... que... Constantia... pro eius anima et suorum parentum dedit... predicto donno Augustino... vineam unam arboratam vituum et aliorum arborum, sitam... in tenimento... civitatis Matere, in contrata seu convicinio ubi dicitur contrata de sancta Caterina, cuius hos dixit habere confines videlicet: ex uno latere iuxta vineam donni Nicolai Facti Festa, sepe comuni medio et ex altero latere iuxta vineam Scasulli magistri Sibilie, vasulino comuni medio et ex alio latere iuxta vineam Petri de Lalina, sepe comuni medio et ex alio latere iuxta vineam donni Nicolai de Pasca, via vicinali comuni medio et iuxta vineam donni Francisci de Canio, sepe comuni medio et iuxta vineam Eustasii de Peregrino, sepe comuni medio... cum onere suo; quam vineam dixit esse oneratam in tarenis quatuor anno quolibet iure census in beneficium ecclesiasticum,

quod beneficium tenet ad presens donnus Thomasius de Arcep***, quam vineam dicta Constantia... dedit... predicto donno Augustino pro anima ipsius Constantie et pro certis gratis et acceptis servitiis receptis a dicto donno Augustino et pro consanguinitate, quia est suus nepos...

Ego donnus Thomasius Maczonus de Milionico testis interfui Ego mastro Petrucius de Perro de Milionico testis interfui Ego Manfridus de Aversana ××× Et ego prenomminatus donnus Pantaleon de Milpignano de Milionico, Materane et Acherontine diocesis auctoritate apostolica puplicus notarius et scriba ubilibet dum predicta donatio taliter ageretur et haberet interfui rogatus scribere, scripsi et in hanc puplicam formam duxi signo meo solito et consueto signavi